



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Petri Danielis Huetii Demonstratio Evangelica

Huet, Pierre Daniel

Parisiis, 1679

Caput quinquagesimum septimum. Jesus Sol.

urn:nbn:de:hbz:466:1-16260

PROPOSITIO IX.

439

*Isa. 31. 9. Dixit Dominus, cuius ignis est
in Sion, & caminus ejus in Ierusalem.*

*Ila. 66. 15, 16. Ecce Dominus in igne veniet,
& quasi turbo quadriga ejus, reddere in indignatione furorem suum, & increpationem suam
in flamma ignis: quia in igne Dominus
disiudicabit.*

*Ezech. 1. 26, 27. Super similitudinem throni,
similitudo quasi aspectus hominis desuper. Et
vidi quasi speciem electri, velut aspectum
ignis, intrinsecus ejus per circuitum; à lumbis
ejus & desuper, & à lumbis ejus usque deorsum
vidi quasi speciem ignis splendentis in circuitu.*

*Ezech. 8. 2. Et vidi, & ecce similitudo
quasi aspectus ignis; ab aspectu lumborum ejus
& deorsum ignis: à lumbis ejus & sursum
quasi aspectus splendoris, ut visio electri.*

*Joël 2. 3. Ante faciem ejus ignis vorans,
& post eum exurens flamma.*

CAPUT LVII.

Jesus Sol.

*ISA. 60. 19, 20. Non erit tibi amplius Sol
ad lucendum per diem, nec splendor Lune illu-
minabit te: sed erit tibi Dominus in lucem
sempiternam, & Deus tuus in gloriam tuam.
Non occidet ultra Sol tuus, & Luna tua non
minuetur: quia erit tibi Dominus in lucem
sempiternam.*

*Mal. 4. 2. Orietur vobis timentibus nomen
meum Sol iustitiae.*

*MATTH. 17. 2. Et transfiguratus est
ante eos, & resplenduit facies ejus sicut Sol.*

*Apoc. 1. 16. Et facies ejus sicut Sol lucet
in virtute sua.*

CAPUT LVIII.

Jesus stella.

NUM. 24. 17. Orietur stella ex Jacob.

*APOC. 1. 16. Et habebat in dextera sua
stellas septem.*

*Apoc. 22. 16. Ego Jesus misi Angelum
meum, testificari vobis hec in Ecclesiis, Ego
sum radix & genns David, stella splendida &
matutina.*

CAPUT LIX.

Jesus gerumen sive oriens, radix, flos, virga.

*NUM. 24. 17. Orietur stella ex Jacob,
& confundetur virga de Israël.*

*Cant. 2. 1. Ego flos campi & lilyum con-
valium.*

*Ila. 4. 2. In die illa erit gerumen Domini
in magnificencia & gloria, & fructus terra-
sublimis, & exultatio his qui salvati fuerint
de Israël.*

*Ila. 11. 1. Et egredietur virga de radice Jesse,
& flos de radice ejus ascendet.*

*LUC. 1. 78. Per viscera misericordia Dei
nobis, in quibus visitavit nos oriens ex alto.*

*Joh. 15. 1. Ego sum vitis vera, & Pater
meus agricola est.*

*Rom. 6. 5. Si enim complantati facti fu-
mus similitudini mortis ejus, simul & resur-
rectionis erimus.*

Rom. 11. 16. Si radix sancta, & rami.

*Apoc. 5. 5. Et unus de Senioribus dixit
mihi, Ne fleveris: ecce vicit leo de tribu Iudas.*